Pro gratia ac indignatione nostra ac sui ratione erga nos officij debito secus non facturi datum

Mandatum pro faciendo executione decreti Commissariorum sexviralis sub poena

Famatis Proconsuli Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis nostrae ... Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. dilecti Dederamus ad Fid. V. anterioris Mandatorum nostrorum literis quibus eisdem iniunxeramus ut Decretum quoddam Commissariorum sexviralis tanquam fori illius ultimae instantiae Iudicium pro parte V. M. Canonici Mathei in Academia nostra ... Theologiae professoris contra partem illius adversam Honestam ... ... olim ... Suburbani ... coniugem occasione bonorum certorum ipsi ... iure hereditario spectantium ex contraria partium prolatum ad debitam executionem deduceretur nihilominus tamen Fid. Vras etiustis mandatis nostris morem non ingessisse imo debito officij sui defecisse intelleximus et eo nomine Fid. Vras in Iudicium nostrum literis citationis nostrae evocatas Contumaces extitisse pronunciavimus Et quamvis hocce mandatum nostrum late pendentium et non praestito executionis (Decreti praedictorum et controversia partium a Iudice ultimae instantiae lati) praeiudicium nos male habeat altri mandandum Fid. V. iterum esse putavimus quemadmodum literis hisce nostris ... Mandamus et serio iniungimus ut requisitae fuerint debitam ac realem decreti commemorati executionem faciant nullas iniuridicas exceptiones et tergiversationes partis ... in executione rerum iudicatarum locum non habentes admittant sed illud Decretum ita uti par est et ad Fid. Vrarum officium spectat hic quibusvis procrastinationibus exequantur ac sese in toto mentis Decreti et iustae voluntatis nostrae ... gerant nullamque occasionem eo nomine amplius de se apud nos conquerendi et iurgandi relinquant idque pro gratia nostra hisceque erga nos officium debito nec non poena ... Fisco nostro a F. V. inremissibiliter persolvenda aliter Fid. V. non facturi Datum

Libertatio ab onere consulari cuiusdam consulis Cracoviensis

Significamus ... quod cum intelleximus Famatum ... Carbea Scabinum nuper novo Consulem Civitatis nostrae ...

405

annum vitam vitalis suae et aget abannis et primum quidem hospitalis civitatis illius Prefectum deinde etiam ad Scabinatis ac postea Consularis officij gradum evectum toto horum officiorum tempore ita se gessisse atque adeo bene meritum esse ut propter plurimos civitatis illius impensos labores emeritus civis ac Consul dici et esse possit cum vero sit ut et aetatis illius provectae et valetudinis quae per claudicationem Dei voluntate in ipsum eo tempore immissam plurimum afflictum est laborem denique quo hucusque ignarus etiam linguae Poloniae et latinae expertus in functione impositorum sibi officiorum pertulit benigna a nobis ratio habeatur Ideo ijs de causis tum etiam ad intercessionem quorundam ex Consiliarijs nostris pro eo apud nos factam ipsum ab imposito sibi Consulari officio liberandum duximus prout per praesentes Privilegij nostri literas liberamus liberumque facimus. Dantes eidem praefato et authoritate nostra Regia plenam et omnimodam tam ab hoc Consulari quam ab alijs quibusvis civilibus officijs libertatem immunitatemque ad ultima vitae illius tempora ita tamen ut omnia onera Civilia ad instar aliorum Consulum Civitatis illius nostrae tanquam emeritus consul ferat Contributionesque tam civiles quam nostras ut et alij Consules pendant prout sese si quid Civitati debeant in annis et die ut iuris est ad primam et proximam officialium sive dispensatorum Civitatis illius nostrae requisitionem omnino iustificet Itaque omnibus et singulis quorum interest Capitaneo Advocato Proconsulibus Consulibus atque Scabinis Civitatis nostrae et demercantes serio Mandamus ut praefatum et ita ut praefertur emeritum et a nobis Privilegiatum in ea ipsa libertate et Praerogativa per nos illi concessa conservent nullaque via aut modo ipsum et ad suscipiendum aliquod officium Civile Civitatis illius praeter suam voluntatem cogere et arctare audeant Pro gratia nostra et fide erga nos debita.

Privilegium ubi labores dierum in villa Regia commutantur in censum pecuniarium

Significamus etc. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Famato et cognominato